Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

October

didisse. Apud cretam beati pinuti episcopi. In brittannia
beati paulini episcopi eboraci. qui gentem nordanhymbrorum
eam videlicet nationem anglorum que ad aquilonem humbri
fluminis habitabat cum rege suo hedwino verbum fi
dei predicando convertit ad dominum. Item sancti cerbonii episcopi.
qui milites christianos hospicio receperat. iussu a rege gotho
rum urso feroci subicitur. qui sancti viri pedes lambebat.
Et postmodum feliciter in domino quievit. Item sanctorum martyrum
ithaci et apacrini fratrum et aliorum cum eis innumerabilium
utriusque sexus. Quorum alii per verbera et diversa genera horribi
les cruciatus flammis traditi sunt. Alii in mare precipitati
sunt. Nonnulli etiam capite cesi. Alii patibulis affixi. Aliqui
etiam detracto capite pressi et pedibus in sublime sublevati
beatissimam coronam passionis meruerunt.
D Apud tharsum metropolim cilicie natalis sanctorum martyrum 288
Tharaci. probi. et andronici. qui sub diocleciano persecu
tore sub maximiano preside longo tempore carcerali squalo
re afflicti sunt. et tandem diversis suppliciis examinati. Ra
nervis crudis contusi cesi. et testis asperrimis defricati.
etiam papiro ardente circa ventrem et latera adusti. post
mamillarum precisiones. post tormenta tibiarum. post aceti et
sinapis in naribus infusiones. post obulos ignitos. post con
fixionem digitorum clavis acutissimis. post acu dorum tri
punctorum ac lingue abscisionem. novissime in amphiteatro
ursis et leonibus proiecti sunt. Sed cum nulla ex bestiis
sanctorum corpora auderet attingere maximus vero furore succensus
iussit eos gladio iugulari. et corpora eorum inter corpora
gladiatorum proici. Noctu vero venientes fideles et depre
cantes dominum ut ostenderet eis sanctorum reliquias viderunt
subito vel stellam splendidam de celo missam super singula
sanctorum corpora residentem. Sicque cum ingenti gaudio ra
pientes ea pre videre se eiusdem stelle splendore glo
riosos christi athletas loco aptissimo condiderunt. Infra octavam sancti augustini.
E Apud Ravennam via laurentina natalis sancti Hedisti. 289
Apud affricam sanctorum confessorum et martyrum iiii^or^ milium
nongentorum lxxvi. qui persecucione wandalica cum cent

81